
Positiones utriusque juris civilis, canonici.

Numéro d'inventaire : 1980.00012.12

Auteur(s) : Charles Delavergne

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Poitiers)

Imprimeur : Louis Braud

Période de création : 3e quart 18e siècle

Date de création : 1772

Description : Une feuille renforcée au verso au moyen de ruban adhésif. les déchirures sur les bords ont été réparées de la même façon. Inscription manuscrite, à l'encre brunie, dans la partie inférieure.

Mesures : hauteur : 516 mm ; largeur : 400 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit soutenir Charles Delavergne, le 18 août 1772 à Poitiers, pour l'obtention de la licence. Les articles de droit civil traitent de l'autorité et de l'accord des tuteurs et curateurs, ceux de droit canon de la vie et de des règles de comportement des ecclésiastiques. Ces articles sont suivis du texte d'une déclaration des autorités religieuses de France datée de 1682, concernant l'autonomie juridique de l'Eglise dans les matières concernant la religion et les ecclésiastiques. L'estampe représente les armes de l'université de Poitiers (un Christ surmonté de trois fleurs de lys). L'affiche porte le paraphe du lieutenant-général de Poitiers et ceux des membres du jury, certifiant que la soutenance a eu lieu.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

ill.



POSITIONES UTRIVSQUE JURIS:

CIVILIS.

Ex Tit. ff. de auctoritate & consensu Tutorum & Curatorum.

TUTORIS auctoritas est pura & expressa negotii pupillaris approbatio.

In ipso negotio tutor praesens esse debet, ut statim auctor fiat.

Unde per nuntium, per epistolam, aut ex intervallo interposita tutoris auctoritas nihil agit.

Necessaria est tutoris auctoritas in omnibus causis ex quibus pupillus obligatur.

Sic pupillus, quamvis stipulando acquirat, tamen stipulanti promittens, sine tutore non obligatur.

In causis vero ex quibus mutuae obligationes nascuntur alios quidem sibi obligat, nemini autem nisi tutore auctore obligatur.

Si tutorem inter & pupillum iudicio agendum sit, interim curator datur, iudicii peragendi causa.

Quo iudicio peracto, curator esse definit.

CANONICI.

Ex Tit. de Vita & honestate Clericorum, Apud Greg.

CLERICI sunt, qui cultui divino ministeria religionis impendunt.

Solis Presbyteris & Diaconis ad altare ingredi & communicare licet.

Clerici arma portantes & usurarii excommunicantur.

Debent continere & castè vivere.

Clericus crapulosus vel ebriosus monitus non desistens, ab officio vel beneficio suspenditur.

A negotiis, locis, vestibus inhonestis abstinere praecipitur Clerici & habitu honesto uti.

Clericus qui tertio monitus, à secularibus negotiationibus non abstinere, interim perdit quoad bona privilegium clericale.

Ecclesiastici Iudices & Delegati gratis iudicare debent.

CLERI GALLICANI DE ECCLESIASTICA POTESTATE DECLARATIO anni 1682.

NOS Archiepiscopi & Episcopi hanc faciendam & declarandam esse diximus.

I. Primò in beato Petro ejusque successoribus, Cuiusvis Vicariis ipsique Ecclesiae totam spirituales & ad aeternam salutem pertinentiam, non autem civilem ac temporalem à Deo traditam potestatem, dicente Domino, Regnum meum non est de hoc mundo; & iterum, reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt Dei Deo; ac proinde à Deo Apostolicum illud, omnis anima potestatem subditorum subdita sit, non est enim potestas nisi à Deo. Quae autem sunt, à Deo ordinatae sunt. Itaque qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Reges ergo & Principes in temporalibus, nulli ecclesiasticæ potestati Dei ordinatione subditi, neque auctoritate clavicum Ecclesiae directè, vel indirectè, deponi, aut illorum subditos eximi à fide acque obedientia, ac praestito fidelitatis sacramento solvi posse, eamque sententiam publicè tranquillitati necessariam, nec minùs Ecclesiae quàm imperio utilem, ut verbo Dei, Patrum traditioni & Sanctorum exemplis consonam, omnino revocandam.

II. Sic autem inesse Apostolicæ Sedis ac Petri Successoribus Cuiusvis Vicariis, totam spirituales plenam potestatem, ut similis valeant atque immota consistant sanctae aemulicæ Synodi Constantinensis, à Sede Apostolica comprobata, ipsique Romanorum Pontificum ac totius Ecclesiae usu confirmata, atque ad Ecclesiam Gallicanā perpetuè religione culta, decreta de auctoritate Conciliorum generalium, quae fessione quatuor & quinquaginta continentur, nec probari à Gallicana Ecclesia qui eorum decretorum, quasi dubie sint auctoritatis ac minus approbare, robur infringant, aut ad solum schismatis tempus Concilii dicta denegant.

III. Hinc Apostolicæ potestatis usum moderandum per canones spiritus Dei conditos & totius mundi reverentia consecratos. Valere etiam regulas, mores & instituta à Regno & Ecclesia Gallicana recepta; Patrumque terminos inconvulsos, atque id pertinere ad amplitudinem Apostolicæ Sedis, ut statuta & consuetudines tantæ Sedis & Ecclesiarum confessione firmatae propriam stabilitatem obtineant.

IV. In fidei quoque questionibus præcipuas summi Pontificis esse partes, ejusque decreta ad omnes & singulas Ecclesias pertinere, nec tamen irreformabile esse iudicium, nisi Ecclesiarum consensus accesserit.

Hæc Theſes (Deo duce, & auspice Dei. parâ) ac Præſide C. V. D. D. JACOBO CHEVALLIER, Conſiliario Regio, & in Academiâ Pictaviensi Antecessore conſultiſſimo, lueri conabatur CAROLUS DELAVERGNE, Diaconus Pictaviensis, die 18. mensis Augusti anno 1772. horâ 7. matut.

IN PUBLICO JURIS AUDITORIO. PRO LICENTIATU.

PICTAVII, Apud LUDOVICUM BRAUD, Academiæ Typographum, Viâ Franciscanâ.

*Presente Mons Luitprand general adjoint
Ce diable constant sept été pour aller douze
Vivent*

*Agitate sunt die duodecim octavo Mensis Augusti anno
millenimo septingentesimo septuaginta Anno secundo
Chavalier
Guignard*

Chevallier